

## In Epiphania dñi

**P**rocidētes ado-  
 rauerunt eū **M**atth. ii. Festū hodi-  
 ernū vulgariter dicit Epiphania vel  
 apparitio qđ idem est. Quia p̄tus vir-  
 ginis qui fuerat abscondit⁹ ⁊ secretus hodie fu-  
 it gentibus manifestat⁹. **I**do ecclesiastici dicūt  
 ⁊ vocāt hoc festū epiphania ab epi qđ est supra  
 ⁊ phanos quod ē apparitio. quia stella desup gē-  
 tibus apparuit. **E**t ergo de⁹ velit nobis dare sen-  
 timentū dulcedinis hui⁹ festi in nostris aniabus  
 salutem? virginē **M**ariā ⁊ c. p̄cidētes adoraue-  
 runt eum. **V**erbū p̄positum declarat nobis bre-  
 uiter magnā ⁊ p̄fectam reuerentiā quam tres re-  
 ges oriētis fecerunt hodie dño iesu x̄po p̄ciden-  
 tes ⁊ c. **N**on solū discooperuerunt capita nec fu-  
 erunt contenti flectere genua brachia ⁊ manus.  
 imo totum corpus flexerūt. et p̄cidētes adora-  
 uerunt eum. **H**oc ad dandū nobis rationem  
 hui⁹ adorationis. quia ratio dat scientiā ⁊ auto-  
 ritas cōfirmat credentiā. **I**nuenio in sacra sc̄ptu-  
 ra qđ ad verā deuotam ⁊ p̄fectā adorationem re-  
 quirunt̄ duo. s. reuerencialis affectus mētis inte-  
 rius. ⁊ humilis gestus corpis exteri⁹. **D**e primo  
 qñ homo cogitat infinitatem dei incōprehensibi-  
 litatem maiestatem ⁊ potentiā eius transcenden-  
 tem venit timor reuerencialis interi⁹ in anima ⁊  
 ex hoc sequit̄ humilitas exterius in corpore. sc̄z  
 iungendo manus. flectendo genua vel p̄sternen-  
 do se adorando deum. **I**n his em̄ duob⁹ cōsistit  
 adoratio diuina. **P**ro intellectu hui⁹ rōnis sci-  
 endum qđ deus creauit hominē in esse substantia  
 li aliter qđ alie creature sunt create. **Q**uia hō ē cō-  
 posit⁹ de substantiā spūali quātū ad animā ⁊ ma-  
 teriali quātū ad corpus. **N**ō sic de angelis qui so-  
 lum sunt substantie spūales. **N**ec de animalibus  
 que sunt substantie materiales. p̄p̄ quod homo  
 est similis angelis ⁊ aialibus. quia habet vtrūq̄  
**I**deo deus de vtroq̄ vult adorari. sc̄z de anima  
 cogitādo maiestātē dei ⁊ c. ⁊ de corpore p̄ gest⁹ hu-  
 miles. sicut dñs qui agrū vineā laboratorū p̄cer-  
 to censu quo ad vsū cōcessit qui de vtroq̄ vult  
 habere censum. aliter recipiat sibi totū cōmissus.  
**I**ta deus de nobis qui dedit nobis vineā. s. ani-  
 mam. inebriauit cor in amore dei ⁊ agrū corporis  
 vt faciat fructū penitētiē ⁊ misericordiē. **I**do de  
 vtroq̄ vult habere censū deuote adorationis. de  
 angelis nō vult nisi adorationē spūalē. s. motus  
 reuerentiales mētis. de animalib⁹ solum vult ge-  
 stus corpis reuerentiales sicut fecerūt bos ⁊ asi-  
 nus qñ adorauerūt christū in p̄sep̄io qm̄ solū fle-  
 xerunt genua sed interi⁹ nihil cogitabāt. **S**z de  
 nobis vult deus totū. s. motus reuerentiales mē-  
 tis ⁊ gest⁹ corpales. **A**utoritas x̄pi di. **V**enit ho-  
 ra ⁊ nūc ē quado veri adoratores adorabunt pa-  
 trem in sp̄ritu ⁊ veritate. **N**am pater tales que-  
 rit qui adorēt eum. **S**piritus ē deus ⁊ eos qđ ado-

rant eū in sp̄ritu ⁊ veritate oportet adorare. **J**o-  
 han. iiii. **N**ota venit hora. s. tempis legis gratie  
**Q**uādo veri adoratores adorabunt patrē in sp̄-  
 ritu q̄tum ad animā. ⁊ veritate q̄tum ad corpus.  
**Q**uia tunc est v̄itas quādo corpus cōformat⁹ ⁊  
 correspondet menti. **E**t assignat rationē di. **S**p̄-  
 ritus est deus ⁊ ideo oportet ipsum adorare i sp̄-  
 ritu ⁊ v̄itate. **D**ic miraculū quod legit̄ **J**oh. ix.  
 de ceco a natiuitate illuminato a christo. cui dixit  
 christus. **T**u credis in filiu⁹ dei. **R**espondit ille  
 ⁊ dixit. **Q**uis est dñe vt credam in eum. **R**espō-  
 dit ei iesus. ⁊ vidisti eum ⁊ loquist̄ tecū ipse ē. **A**t  
 ille ait. **C**redo dñe ⁊ p̄cidens adorauit eum. **E**c-  
 ce motus reuerentialis intus in anima ⁊ gestus  
 corpalis exterius. quia p̄cidens adorauit eum.  
**I**ta fecerunt isti sancti tres reges qñ viderūt eū  
 sc̄z infantem iesum. subito in animabus ipsorum  
 intrauit motus timoris reuerentialis ex p̄sentia  
 maiestatis diuine. **I**deo corpe p̄cidentes adora-  
 uerunt eum. **D**e his tribus regib⁹ declarabo q̄t-  
 tuor puncta.

**P**rimū quō se parauerunt diligētē

**S**cōm quō ambulauerūt fortiter

**T**ertio quō quesierūt firmiter

**Q**uartū quō adorauerūt reuerētē

**E**t de quarto puncto loquit̄ thema p̄cidentes  
 adorauerunt eum. **P**rimus punct⁹ est ad de-  
 clarandum quō isti tres sancti reges se parauerūt  
 apte. **P**ro quo sciēdū qđ ex quo de⁹ p̄misit abrae  
 ⁊ sanctis patriarchis qđ mitteret filiu⁹ suū in hūc  
 mundū nasciturū de muliere virgine verū deū ⁊  
 verū hominem. **D**e hoc de⁹ dedit p̄phetias cla-  
 ras ⁊ signa nō solū iudeis in iudea sed etiā in di-  
 uersis mūdi p̄tibus in signū qđ nō solum veniret  
 ad saluandū iudeos vt ipsi false credūt. sed etiā  
 omēs sibi credentes ⁊ obediētes. **S**ingulariter  
 dedit p̄phetias in p̄tibus oriētialibus vbi erant  
 magni philosophi ⁊ sapientes p̄ p̄phetam **B**a-  
 laam di. videbo euz licet nō modo. intuebor illū  
 sed nō p̄pe. **O**riet̄ stella ex iacob ⁊ consurget ⁊  
 ga de israel ⁊ p̄cutiet duces moab. **N**ume. xxiii

**N**ota videbo eum. s. christū quem vidit nō p̄  
 se sed p̄ suos successores. intuebor illū sed nō pro-  
 pe. **Q**uia fm̄ textum bible a balaā vsq̄ ad x̄pm̄  
 computant̄ mille ⁊ q̄ngenti anni. **S**z isti tres re-  
 ges erant de suo genere ⁊ dedit signū dicēs **O**ri-  
 etur stella ex iacob. id est de terra p̄missiōis ⁊ cō-  
 surget virga de israel. i. rex messias saluator. **E**t  
 p̄cutiet duces **M**oab qui interpretat̄ ex patre **E**t  
 significat diabolu⁹ qui est pater peccatorū quib⁹  
 dicit christus vos ex patre diabolo estis. **J**ohā.  
 viii. **D**uces moab. id est. diaboli seu luciferi. **E**t  
 sunt septem principes qui sunt capitanei septem  
 peccatorū capitalium. **P**rimus dux ⁊ capita-  
 neus superbie dicit̄ leuiathan. **J**oh. xli. **I**pse est  
 rex sup̄ omēs filios sup̄bie. **S**ecundus dux ⁊  
 capitaneus auaricie dicit̄ mammon. de quo di-

# Sermo I

xit christus. **Matt. vj.** Nō potestis deo seruire & mānere. **Ter. dux & capitane** luxurie dī asmode. de quo **Tho. vj.** demon nomine asmodeus occidit eos. s. luxuriosos. **Quart. dux** inuidie dicit beelzebub. **Luc. xj.** In beelzebub princeps demoniorū eijcit demonia. **Ybum** fuit inuidorum iudeorū cōtra christum. **Quint. dux** gulae dicit beelphegor. **p̄. cv.** Iniciati sūt beelphegor & comederūt sacrificia mortuorū. **Sext. dux** ire dicit baalberit. **Judicū. ix.** De fano baalberit cōduxit sibi viros. **Septimus dux** accidie dicit asstaroth. **f. Reguz. vij.** Auferte deos alienos de medio vestrū baalim & asstaroth. & p̄parate cor / da vestra dño. hos septē duces percussit dñs n̄r ie sus christus virga sue p̄dicatōnis. De qua **David.** virgā virtutis tue emittet dñs ex syon. **p̄. cix.** **Sup hanc p̄phetiam balaam dicit Cris.** q̄ eius discipuli & illi qui erāt de genere ei? post ei? mortem voluerunt seruire illā stellam. **Et ordinauerunt** q̄ certi de ipsis starēt in monte victorali alto ad melius contemplandum celum vbi se lauebāt credētes ex hoc eis remitti peccata & orabāt dicētes. **O deus celi deus israel** mitte illā stellaz et quādo complebit̄ illa p̄phetia. & sic p̄ ptes diuidebant sibi temp̄. **Et in nocte natiuitatis** accidit diuina ordinatiōe q̄ isti res reges orientis magni philosophi & astrologi fuerūt in monte victorali obseruantes dictā stellam. **Et in hora** q̄ x̄ps exiuit de vtero virginis stella apparuit eis clarissima & bassa in aere nec claritas solis impediēbat eius aspectū. **Et recitat Cris.** opinionē q̄ in illa stella erat forma pueri cum cruce in fronte. **Sicunt aliqui** q̄ magi voluerūt adorare stellā. **Sz dicit Aug.** q̄ angel' dñi dixit eis q̄ nō adorarēt stellā. sed q̄ irent adorare creatorem nouit̄ natū. **Tunc reges tenuerunt cōsiliū** quō irent. quali ter se p̄pararēt & quid sibi portarēt & offerrēt dī. **Ister rex magnus ē & potens offeramus ei aurū** **Et est deus & creator.** quia stelle sibi seruiūt. idō offeramus ei incensuz. **Et in hoc signo** crudelē dī q̄ debet pati in cruce. idō offeramus ei mirram amarā. **Ecclesia.** magi vidētes stellā dixerūt ad inuicem hoc signo magni regis ē. **Samus & inquiramus eum & offeramus ei munera aurū thus & mirram.** **Credo ego licet nō legat̄ q̄ ratiōnabiliter sancti reges in munerib' significabāt** quod de christo credebāt. **Credo q̄ etiam in vestibus.** quia rex qui portabat aurū voluit indui de panno aureo. **Et ille q̄ portabat thus de purpura alba.** qui mirram de scarlata rubea. **Ecce q̄ modo parauerūt se apte taz in munerib' q̄ in vestibus.** **Bozaliter inuenio in sacra scriptura** q̄ deus promisit hominib' duas stellas. vnā in veteri lege scz istā que apparuit regibus orientis que figurabat redemptionē humanalē. **Sedam meliorem pmiserat in nouo testamēto dī.** Qui viderit & custodierit vsq; in finem opa mea dabo il

li stellam matutinā. **Apoca. ij.** Hec figurabat saluationem celestiale. **Nota** qui viderit. s. diaboli p̄ humilitatem. carnē p̄ castitatē & mundum per paupertatem & custodierit vsq; in finem opa mea dabo illi stellam matutinā scz angelum bonuz p̄ ducentem animā vsq; ad christum. **Hic** quō angeli in sacra scriptura dicunt̄ stelle. **Ratio.** qz sicut celum firmamēti decorat̄ & ornat̄ stellis. **Sic celum empireum** decorat̄ & ornat̄ angelis sancti p̄pter quod dicunt̄ stelle. **Autoritas.** Stelle dederunt lumen in custodijs suis & letate sunt. **vo/ cate sunt & dixerūt.** **Assum.** & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas & **Baruch. iij.** Nō stelle id est angeli dederūt lucem in custodijs suis. id ē hominib' quos custodiūt. **David Angelis suis** mādauit de te vt custodiāt te. **Ipsi dant in intellectu** quid sit credendū. **In memoria** qd sit timēdum & retinendū. **in volūtate** quid sit sperandū & in ope quid sit sciendū. **Et qm̄ homo recipit lumen** instructionis eorū ipsi letant̄. **Et in fine** quādo homo est in articulo mortis deus mittit stellam matutinam. id ē. angelum qui ducit animaz ad x̄pm. sicut illa stella duxit reges ad christum. **Fiat ergo ratio.** Si hec stella hodierna corruptibilis. quia statim cōuersa fuit in p̄iacentem materiam ita fuit obseruata & desiderata. q̄to magis nos debemus expectare illā stellaz ircorruptibilem. lauando nos ab omnibus imunditijs & pctis. **Primo lauādo** cor ab ira odio & rancore & mala voluntate. os a blasphemijs & mēdacijs & detractionibus. manus a furtis & vsuris. & sic de alijs & totū corpus a corruptionib' luxurie & carnalitatatis. **Nota p̄ dicti p̄cedētis euidētia** q̄ illa stella que magis apparuit in natiuitate christi nō fuit vna celestium stellarū q̄ntuplici ratione quas scūs **Tho.** ponit. **ij. pte. q. xxxvj. ar. vij.** **Et dicit sanctus Tho.** aliorū narratis opinionibus d̄ isti us stelle quiditate p̄babilis videt̄ q̄ fuerit stella de nouo creata. nō in celo sed i aere vicino terre que fm̄ diuinā voluntatem mouebatur. **Ad & Aug.** sentit. **f. q̄ nō fuerit de stellis celestibus** quia dicit in libro cōtra faustuz. **Nō** ex illis erat stellis que ab initio creature itinerū suorū ordinē sub creatoris legē custodiunt sed nouo virginis ptu nouum sidus apparuit. idē sentit. **Crisosto.** **Secūdus punctus** ē ad declarandū quō isti tres reges sancti ambulauerunt fortiter. quia de capite mundi scz oriente venerunt infra tredecim dies vsq; ad iudeam que est in medio mūdi. **Ad practicam** secū dū quod inuenio in textu & in glossis doctorū ipsis p̄paratis statim inceperunt viam & stella p̄cedebat ostendēs eis viam quā debebant facere. **Ita** quando habebant ascendere collem. prius stella ascēdebat & quādo habebāt descendere descēdebat. **Item** quādo habebāt transire flumen. stella ostendebat eis locum transitus. **Et quādo** erant in villis in quibus habe-

## In Epiphania dñi

bant quiescere stella stabat immobiliter sup hospi-  
tium. Deinde in recessu stella incipiebat viam ⁊  
ipsi sequebant. Nunquid videt vobis istud fu-  
isse magnum miraculū. Hoc modo venerunt vs-  
q; ad terminum terre pmissionis. Et in crastinū  
quādo debuerunt intrare terrā iude stella dispa-  
ruit eis. Cogitate qualem tristitiam habuerunt  
di. O miseri quid est hoc ex aliquo peccato ali-  
cui? nostrū stella disparuit quid faciemus. Dicit  
sanctus Thomas q; tenuerunt consilium quid  
facerent. Quidam dicebant q; redirent. Quoni-  
am querere regē nouū in terra aliena magnū pe-  
riculum esset. Alij dixerunt q; irent ad mius vs-  
q; ad ciuitatem hierusalem. quia tantus rex i no-  
bili ciuitate deberet esse natus. vel ad minus sci-  
rent vbi esset natus. Quia ibi erant magni rabi-  
ni ⁊ doctores. ideo faciamus quod in nobis est.  
Et venerunt in ciuitatem hierusalem. Et tunc fu-  
it completa pphetia Esa. di. Surge ⁊ illumina-  
re hierusalem quia venit lumen tuum. ⁊ glia do-  
mini sup te orta est. quia ecce tenebre opient ter-  
ram ⁊ caligo populos. sup te aut orietur dñs et  
gloria eius in te videbit. Et ambulabunt gētes  
in lumine tuo ⁊ reges in splendore ortus tui. ⁊c.  
Esa. l. Et loquit genti iudaice qsi psona dormiē-  
ti dicens. Surge. s. ciuitas hierusalem illumina-  
re. s. lumine claritatis fidei. quia venit lumen tu-  
um. s. christus. Nota. ⁊ ambulabūt gentes in lu-  
mine tuo nō solum iudei. Moraliter sup hoc  
q; reges amissa stella venerunt hierusalem vt ibi  
certificarent. sic debemus nos facere qm amitti-  
mus stellam grē dei. Sciendū q; gratia dei dicit  
stella p stellam regum significatam. Ratio. quia  
sicut illa stella dirigebat ⁊ ducebat reges ad chri-  
stum in iudeā. Sic grā dei dirigit nos ⁊ ducit et  
ostendit viam paradisi illis qui habēt eam. Pri-  
mo in biuio ostendit viam dextram. Quot bi-  
uia sunt in hoc mundo illis qui volūt ire ad chri-  
stum. Primū est supbie ⁊ vanitatis ad sinistram  
māsuētudinis ⁊ humilitatis ad dextram. Stella  
gratie dei ostēdit ire ad dextrā humilitatis q; est  
via recta plana ⁊ bona ⁊ absq; piculo. Secūduz  
est auaricie ⁊ cupiditatis. ⁊ misericordie ⁊ libera-  
litas. Tertium ē luxurie ⁊ carnalitatis. ⁊ mun-  
ditie ⁊ puritatis. Quartū est inuidie ⁊ maligni-  
tatis ad sinistrā. ⁊ beniuolētie ⁊ charitatis ad de-  
xteram quā ostendit stellas gratie. Quintū ē gu-  
le ⁊ voracitatis. ⁊ abstinentie ⁊ p̄tatis. Sextū  
est ire ⁊ seueritatis ⁊ pacis ⁊ vnitatis. Septimū  
est accidie ⁊ ociositatis. diligentie ⁊ operositatis.  
In his stella gratie dei dirigit nos. Item stella  
gratie dei ostendit viam ascendendo p viam cō-  
templatiuam. ⁊ descendendo p viam actiuaz ad  
opa misericordie ⁊ pietatis. Item ostēdit transi-  
tum in flumine delectationuz mūdi vbi q̄plures  
submergunť vt homo nō recipiat de ipsis nisi ne-  
cessaria ⁊ fm legem. ⁊ nō extra ne submergatur

in cibo ⁊ potu ⁊ vestitu sopore ⁊c. Ideo dicebat  
brūs Jobes. Vnctionē quā ab eo accepistis ma-  
neat in vobis ⁊ nō necesse habetis vt aliquis do-  
ceat vos. sed sicut vnctio eius docet vos de om-  
nibus. s. Joh. ij. // Nota vnctionem glo. i. grāz  
diuinam. S; quid a vobis sciendū quando stella  
diuine gratie amittit que nō pditur nisi p pctm  
mortale. Dico q; debemus facere sicut fecerunt  
illi sancti reges. s. ire in hierusalem. id ē. ad eccle-  
siam confiteri peccata sua. ⁊ sic recuperabitur stel-  
la gratie dei. Ideo dixit christus paulo qui pdi-  
derat stellam. Ingredere ciuitatem ⁊ dicetur ti-  
bi quid te oporteat facere. Act. ix. Nota ciuita-  
tem s; Damascū que interpretat sanguinea et si-  
gnificat ecclesiā in qua consecrat ⁊ summitur san-  
guis christi. // Tertio p̄nctus ē ad declaranduz  
quō isti tres sancti reges quesierūt christum di-  
scere siue locū natiuitatis christi postq; fuerunt  
in ciuitate hierusalem. Dic practice qm reges fu-  
runt ppe ciuitatem cogitate qualis cōmotio fu-  
it in ciuitate maxime. quia herodes qui fuit no-  
uus rex ⁊ extraneus a p̄lo iudeozū timebat sibi  
⁊ custodiebat se ab eis. Cogitate quia statim he-  
rodes misit ad reges ad sciendū qui erant ⁊ quē  
quererent ⁊ quare veniebant. Responderūt re-  
ges q; ipsi veniebant querere regem iudeozū no-  
uiter natum. Credatis q; fuit eis dictū. Non di-  
catis alias herodes psequet vos. dixerunt. nō  
negabimus veritatem. Vidimus em stellā eius  
in oriente ⁊ venim⁹ adorare eum. Cris. Cōside-  
ra deuotionem regum nōdum christū viderunt  
⁊ p co mori parati erant. Fuit dictum herodi p-  
pter quid venerant. Cogitate qualis dolor et ti-  
mor intrauit in corde suo maxime. quia de h iaz  
timebat. Et mirabilia que in natiuitate christi fu-  
erūt facta audiuerat ppter quod reputauit se p-  
ditū ⁊ destructū. De hoc dicit euāgelista Mat-  
theus. Audiens herodes rex turbatus ē ⁊ omnis  
hierosolyma cum illo. S; dissimulauit suam ma-  
liciam ostendendo leticiā de natiuitate xpi. Et  
quia reges orientis venerūt simpliciter ⁊ sine ar-  
mis. pmisit ipos intrare ciuitatē ⁊ recepit eos ho-  
norifice postea dixit eis. Dñi quare venistis Re-  
sponderūt. querim⁹ vbi est qui nat⁹ est rex iudeo-  
rum. Ecce in quo piculo ponebant se. herodes  
vero dissimulans dixit. Audiui aliquid de hoc s;  
nescio si est certū q; sit natus. Responderunt re-  
ges certum est. quia nos vidimus stellas eius in  
oriente. Tunc dixit herodes. Et modo domini.  
quid vultis. responderunt. venimus cum mune-  
ribus adorare eum. Tunc herodes clam vocat  
magis diligēter didicit ab eis tempus stelle que  
apparuit eis. di. regibus. ex quo vos certificatis  
me de die ⁊ tempore natiuitatis. ego cum magi-  
stris ⁊ doctoribus ⁊ cum rabinis certificabo vos  
de loco vbi est natus ⁊ q; omnes insimul ipm ado-  
remus. o proditor ⁊ ex alia parte parabat iā gla-

dium vt ipsum iugularet si posset. **Et** cōgregās omnes principes sacerdotum ⁊ scribas sciscitabatur ab eis vbi christus nasceret. **Qui** omnes cōcorditer responderūt q̄ in ciuitate bethleē s̄m pphetiam **Mich. v.** **Et** tu bethleem terra iuda nequaquā minima es in militibus iuda. ex te enim eriet dux qui regat populū meū israel. **Nota** qui regat in virtutibus exemplo cōuersatiōis ⁊ p̄dicationis. **Tunc** herodes certificauit reges de loco ⁊ mittens eos in bethleem di. **Ite** ⁊ interroga te diligēter d̄ puero ⁊ cū inuenieris renūciate mihi. vt ⁊ ego veniens adorē eum. **Proditor.** **Ec**clesia. **Hostis** herodes impie christum venire q̄ times. nō arripit mortalia qui regna dat celestia. **Ecce** quō sancti reges quesierūt discrete cū magna di' igentia. **Moraliter** hi sancti reges anteq̄ venirent ad herodem dirigebant a stella. sed postq̄ venerūt ad regem herodem. habuerūt recurrere ad scripturas sanctas ad se gubernandū ⁊ c̄. **Herodes** significat antichristū. quia sicut herodes volens christū occidere occidet innocētes. **Sic** antichrist' volens destruere fidē christi occidet christianos sibi cōtradictentes. **Et** illa stella significat scientiā humanā. s. logicā. pbiam. leges canones. quib' modo dirigimur ⁊ gubernamur. **Sed** q̄ erimus in tempe antichristi oportebit recurrere ad scripturas sacras. quia antichrist' nō credet logice nec pbie nec poetrie nec legibus ⁊ c̄. **Solū** cum sacra scriptura habebim' stare cōtra ipm. ergo quāta culpa est modo. quia nullus curat de biblia. **Seculares** dant se scientiis lucratiuis. **Religiosi** qui deberēt studere sacra scripturam. vnus dat se virgilio alius ouidio. alius terentio. ⁊ sic de alijs. hoc est signū inter alia p̄pinq̄tatis antichristi. **Quia** antichristus ad p̄bandū suum errorem q̄ est messias ⁊ filius dei ⁊ c̄. nō allegabit nisi textū de biblia ⁊ pphetias. **Quō** te defendas ad improbandū eum si ignoras bibliā. **De** hac ppheta Salomonis dicētis. **Cum** p̄phetia defecerit dissipabis populū. **Proverb.** xxix. ppheta notat vetus testamentū. **Ideo** dicebat christus omnibus. **Scrutamini** scripturas. quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere ⁊ ille sunt qui testimonium phibent de me **Job. v.** **¶** **Quartus** punctus est quō ipsum adoraerunt digne postq̄ receperūt congeriū siue licentiā recedendi ab herode ⁊ fuerunt ad portam ciuitatis hierusalem apparuit eis. **¶** **Si** quis posset declarare gaudium quod ipsi habuerunt. **Ex** b̄ dicit **Mattheus.** videntes autem stellam gauisi sūt gaudio magno valde. **Ab**odo apparet **Ra**tio quare stella disparuit eis vt duplici signo. scz stelle ⁊ scripture essent certificati de veritate ⁊ haberent duplex testimoniū. **Et** stella antecedebat eos vt prius. ⁊ q̄ fuerūt p̄pe bethleem forte ad mediam leucā iurati ⁊ p̄ceres ciuitatis bethlees qui audiuerant eorum aduentum venerunt ob-

uiam eis dicētes. **Quid** placet ⁊ que causa aduentus. **Qui** dixerūt vbi est qui natus est rex iudeorum. **Vidimus** stellam ei' in oriente ⁊ venimus adorare eum. **Qui** dixerūt. **Nos** nescimus aliū regem nisi herodem. **¶** **Proditores** vna stella illuminauit istos tres reges. ⁊ sol. i. christus non potuit illuminare eos eorū culpa impediēte ⁊ obicē ponente in nocte natiuitatis q̄n refulsit. **Et** stella videbat ab omnibus vt dicit **Maxim'** in sermone hodierno. **Recte** autē vna stella resplenduit cui' gēs p̄fida nec radios occultare possit nec abscondere veritatem vbi celum ipsum vniuersoz oculis sidereo lumine fulgebat. **Cogitate** q̄n iudei aspiciēbant stellam que bonis dabat deuotionem ⁊ malis incutiebat terrorem. **Quō** mirabantur quoniā nō multū erat alta quā sequebantur reges. **Et** intrauerunt ciuitatem ⁊ finaliter venerunt ad locum vbi erat puer. **Dicunt** sancti doctores q̄ adhuc virgo **Maria** erat in illo porticu cū puero vbi peperat. **Et** dicit glo. q̄ nō erat ibi tunc ioseph ordinatione diuina. ne putaret pater ipsius pueri. **Cogitate** q̄n virgo **Maria** sensit venire illā militiam q̄ timuit ⁊ abscondit puerum in p̄sepio ⁊ ipsa suebat vel philabat vel orabat ⁊ totum cor contremebat. **Stella** autē stetit supra vbi erat puer. **Et** reges mirabantur cum nō viderent ibi palacium nec magnā domum et aspiciēbant se mutuo reges dicētes. **Quid** est b̄ q̄ stella nō mouet. **Dicit** **Maxim'** q̄ stella emittebat novos radios ⁊ clariores. q. d. regib'. **Hic** est rex quē queritis. **Reges** autē descenderunt ad terrā de equis vel animalibus suis. ⁊ vn' eorum veniens ad porticū eleuauit modicū flaciatam di. quis est hic. **Et** vidit virginem philantē vel suentē. **Et** accedentes alij duo reges quādo viderunt virginē **Mariā** statim habuerūt magnam deuotionē. **Que** dixit eis. **Dñi** quid placet vobis. **Qui** dixerunt. scitis vos vbi est qui natus est rex iudeorum. quia volumus ipsum adorare. **Virgo** **Maria** nō dixit se nescire. sed dixit. **Dñi** b̄ deberēt scire magni dñi ⁊ rabini ⁊ rectores ciuitatis. **Et** verū dicebat. ⁊ interim reges totaliter in corde fuerunt calefacti. **Et** inde exeuntes respexerunt stellā que stabat supius immobiliter ⁊ pulchriorem. **Et** iterum redierunt ad virginē ⁊ dixerunt sibi. **Vos** habetis filiū. que respondit. ita dñi. ⁊ est diu q̄ peperisti. respōdit. dñi hodie sunt. xiiij. dies. **Dixerūt** reges bona iuuenula. si placet vobis ostēdat is ipsum nob'. **Tunc** vgo sciens q̄ pro bono veniebant recepit filium de p̄sepio ⁊ ostēdit eis. **Qui** dixerunt quō vocat. **Virgo** **Maria** respōdit. **Iesus.** quo nomine audito p̄cidentes adoraerunt eum dicentes. **¶** **Saluator** vos beneueneritis. **¶** **Dñe** tanta est humilitas vestra q̄ voluistis venire in stabulo hui' mūdi miseri. vos qui estis infinit' in diuinitate estis restrictus in humanitate. **Vos** qui estis creator

## In Epiphania dñi

estis factus creatura. vos qui estis solus immortalis et impassibilis estis factus passibilis et immortalis. **O** dñe tanta gratia est ista. et silentes osculabant pedes eius. **De**inde adorantes matrem dicebant. **O** camera paradisi templum dei sacrarium spiritus sancti. **O** benedicta vos portastis nobis salutem. **D**icit euangelista. **Q**uod aptis thesauris suis obtulerunt ei munera. **A**urum thus et mirram. **A**urum tanquam regi magno. **T**hus tanquam deo. **E**t mirram amarum tanquam passuro. **E**t fuit completa prophetia **D**avid de ista die dñi. **R**eges tharsis et insule munera offerent. reges arabum et saba dona dño deo adducunt et adorabunt eum omnes gentes omnes reges seruient ei. ps. lxxj. **N**ota seruiet ei. scilicet propter lucrum bonum et remunerationem quam dat suis seruitoribus. **S**ecus qui seruit mundo qui suis seruitoribus dat mortem. et animam diabolo qui dat penam eternam. **S**ed christus suis seruitoribus dat gratiam in hoc mundo et gloriam in alio. **I**deo sibi est seruiendum. ideo christus. **D**ñm deum tuum adorabis et illi soli seruiet. **M**atth. iij. **De**inde sancti reges fecerunt orationem deo ut ostenderet eis si redirent ad herodem. **S**ed dicit euangelista quod responso accepto in somnis. scilicet ab angelo ne redirent ad herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. **C**ontemplate hic modicum quoniam venit **I**oseph et vidit tantum aurum thus et mirram quoniam gaudebat. **S**ed ex alia parte tristabat. quia non fuit dignus infesse tanto festo. dicit **B**ernardus. quod totum aurum dedit amore dei. **M**oraliter nos exemplo regum debemus offerre aurum bone reformationis. et talis poterit dicere cum **D**avid. dilexi mandata tua super aurum et topasion. qui est lapis preciosus. propterea ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquam odio habui. ps. cxviii. **S**ecundo thus deuote orationis dicens. **D**iriga ad te dñe oratio mea sicut incensum. ps. xliij. **T**ertio debemus offerre mirram penalis afflictionis. **E**t dicere poterit talis. viuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. tu autem eruisti animam meam ut non pereat. **E**sa. xxxviii.

Sermo secundus de eodem.

### Ubi est qui natus

**U**bi est qui natus est rex iudeorum. **M**atth. ij. **T**ota materia huius sermonis erit moralis tam de virtutibus moralibus quam theologicalibus. **S**ed primo salutem virginem maria. **U**bi est qui natus est. **H**oc proprium verbum fuit questio interrogatiua trium regum orientis qui cum magna diligentia perquirebant christum dei. ubi est qui natus est. de isto intellectu penam non curo. **S**ed tropologice siue moraliter declarando thema. **D**ico quod hoc nomen iudeorum idem est quod glorificatorum in gloria. **C**um ergo queritur ubi est qui natus est rex iudeorum. scilicet glorificatorum. **D**e hoc rege **D**avid fecit questionem in spiritu prophetie dicendo. **Q**uis est iste rex glo-

rie. **C**ui respondet spiritus sanctus. dñs virtutum ipse est rex glorie. **S**icut rex est dñs ciuitatum sui regni. **I**ta christus est dñs omnium virtutum que dicuntur ciuitates sue. **S**i ergo volumus ipsum perquire cum sanctis regibus orientis queramus eum in suo dño. **Q**uia rex communiter moratur in suo regno. **S**ic christus rex glorie moratur in suis ciuitatibus virtutum. **C**um ergo dicitur thema. ubi est qui natus est rex iudeorum. id est glorificatorum. **R**espondet in ciuitatibus suis. scilicet virtutibus seu virtutum. patet thema. **U**bi autem sit a nobis querendus ostendit propheta dicens. **D**isce ubi sit prudentia. ubi sit virtus. ubi sit intellectus. ut scias simul ubi sit longiturnitas vite et victus ubi sit lumen oculorum et pax. **B**aruch. iij. **H**ic ponit septem virtutes tanquam septem ciuitates siue villas dñi regis christi in quibus ipse moratur. **Q**uarum quattuor sunt morales et tres theologicales. **M**orales sunt site in plano. theologicales vero in montibus altissimis.

**P**rima est prudentia rationalis.

**S**ecunda fortitudo spiritualis

**T**ertia iusticia intellectualis

**Q**uarta temperantia corporalis

**Q**uinta et prima theologicalis est spes

**S**exta est fides

**S**eptima est charitas

**I**n his septem includuntur omnes virtutes. **C**um ergo queritur thema. ubi est qui. **R**espondetur quod in his septem virtutibus. **D**ico primo quod querendus est christus in sua ciuitate plana que dicitur prudentia rationalis cum dicitur. **D**isce ubi est prudentia. **P**rudencia autem auisat hominem ut iter tot pericula huius mundi tam anime quam corporis fame et bonorum sciat regere et gubernare vitam suam cauendo a periculis maxime a periculis anime. **D**e hac virtute auisauit christus apostolos et per ipsos nos quoniam misit eos ad predicandum dei. **E**cce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. **E**sto ergo prudens. **M**atth. x. **N**ota quod lupos vocat demones et malas personarum et lupinas a quibus prudenter debet se homo custodire. **N**ota sicut serpentes dicunt philosophi qui tractant de proprietatibus rerum quod est quedam natura serpentis que dicitur aspis multum bona et necessaria per tyriaca et est talis conditionis quod non potest capi nisi incantem propter hoc si incantatores possunt proferre certa verba ipso audiente capiunt eum. aliter non. **I**deo quid facit ipsa instinctu naturali quando audit vocem incantatoris ponit unam aurem super lapidem et cum cauda claudit aliam ne audiat verba incantatoris. et sic non incantatur ne capiatur. **D**icit christus quod ita faciamus nos quod habeamus prudentiam serpentis. quando demones vel alie male persone volunt nos incantare vel capere et impedire ne vadamus ad paradysum temptantes nos dicens aliqua verba ad aures corporis vel cordis. sicut serpentes facere debemus et ponere aurem dextram super illum lapi-